



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies  
digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in  
odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt**

**Nádasi, János**

**Romæ, 1657**

P. Rochus Gonzalez de S. Cruce.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44029**

*P. Franciscus Fernan-  
dus.*

*Lusitanus.  
apud Cha-  
taganos.  
24. Nov.  
1602.*

Cocino Bengalium in  
Regnum anno 1598 missus,  
ibi linguam perdidicit; &  
quà dicendo, quà scribendo  
ad fidem Christi plures ad-  
duxit. Pacem Lusitanos in-  
ter ac Barbaros fortè rixan-  
tes dum conciliaret, à tur-  
ba probris & pugnis pessimè  
acceptus, ad carcerem abre-  
ptus, in ferro & ærumnis  
diem extremum obiit, si non  
fidei victima, certè virtutis,  
id est pacis, & charitatis.  
P. Iacobum de Mesquita  
hoc die putant aliqui diem  
vltimum morte confecis-  
se: nos de illo 4. Nouem-  
bris.

*Indus.  
in Para-  
quaria.  
25. Nov.  
1628.  
atq. 52.  
Soc. 19.*

*P. Rochus Gonzalez de  
S. Cruce.*

Hispano quidem ortu, sed  
na-



natali solo in Paraquaria natus, & educatus est in Reductione Beatiss. Virg. Assumptæ, vt vocant. Varios istic populos mitigauit, & Christo subegit. In Vru-gaicam Prouinciam primus Christum intulit anno 1620. & primæ ibi Coloniae, seu Reductioni, Immaculatę Cõceptionis nomen dedit. Ipse barbaris, mapalia concinnabat, Rempublicam, & magistratus distinguebat; leges & agros dabat; communis omnium rusticus, agrarię œconomię præfectus, Pater, magister, omnia. Quæsitus est aliquando ad *Fideso.* necem; cum autem non reperiretur, templum & Cruce diruta est. Etiam terram Tapè lustrauit. Post sacrum



celebratum, ab irruentibus  
coniuratis bicubitali clauâ  
lignea silice armatâ in P. Ro-  
chi caput vibratâ, eius cere-  
brû humidispersum est, alijs  
alia vulnera certatim exag-  
gerantibus, & mox barba-  
ro plausu orto. Inde ita ve-  
erat quassatum caput rese-  
ctum est. Quinquaginta tres  
barbari testes affirmant au-  
ditas cordis è pectore P. Ro-  
chi has voces: *Occidistis  
eum qui vos diligit: occidistis  
corpus meum: & ossa mea con-  
triuistis: at non animam, quæ  
iam inter Beatos versatur in  
Cælo. Multa vobis calamita-  
tes euenient ob mortem meam:  
quia venient filij mei penas  
repetituri, ob violatam Dei  
Matris imaginem. At illi:  
Hem præstigator ille adhuc  
lo-*

Cor.

Charitas.

B. V.



loquitur? Mox euulsus  
illi cor è pectore loqui de-  
sijt. Cor in ignem vnà cum  
teli cuspidè iniectum, com-  
busto telo, integrum inuen-  
tum, & anno 1633 Romam  
perlatum est. Omitto ea  
quæ de iumento illius per-  
scribuntur.

P. Alphonfus Rodri-  
guez.

Innocens illi ad mortem  
vsque fuit conscientia san-  
ctæ nitor; ingenium litera-  
turâ multâ instructum: sed  
oculi hebetes, à fufis crebrò  
lachrymis, cogitatis potif-  
simùm cruciatibus amantif-  
simi Crucifixi. Cæso P. Ro-  
cho, ignarus quid rerum  
turbaretur Alphonfus pro-  
diit; & non vno Indico aci-  
nate in capite faucius, in  
li-

Hispanus 3.

ibid.

Soc 140.

Oratio 3.